



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio XXXIX. Episcopus manutendus est, interim dum cognoscitur an
Prælatas inferior habeat, nec ne, iurisdictionem omnimodam spiritualem &
temporalem in suos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO XXXIX.

Episcopus manutendus est, interim dum cognoscitur an Prælatus inferior habeat, nec ne, jurisdictionem omnimodam spiritualem & temporalem in suos.

R. P. D. COCCINO.

Theatina jurisdictionis S. Joannis in Venere.

Luna 5. Julii 1621.

SUMMARIUM.

- 1 Ordinarius multò magis venit manutendus in quasi possessione exercenda jurisdictionem, quando cum assistentia juris concurrat actualis possessio.
- 2 Concilium Tridentinum sess. 24. cap. 20. de reform. non habet locum in Ecclesiis contra Abbates habentes in suis plenam jurisdictionem.
- 3 Deciso in causa Salamantina jurisdictionis. 1. Julii 1565. coram Joanne Adobrand, quo casu loquatur.
- 4 Abbas dum cognoscitur, an habeat plenariam jurisdictionem in suis, interim Episcopus est manutendus in sua jurisdictione, & num. 5.
- 6 Abbas an habeat plenariam jurisdictionem spiritualement & temporalem in suis, id respicit petitorium, & cum id non canonizatur per tres confirmes, ordinarius est semper manutendus in sua jurisdictione.
- 7 Abbatia quando non possit dici nullius Diocesis.

Rota censuit mandatum de manutendendo concessum Reverendis. Archiepiscopo Theatino non esse revocandum, cum justificetur nedum ex assistentia juris, quam habet, verum etiam ex actuali possessione, ut fuit resolutum 20. Decembris 1613. coram me, quæ est decis. 501. par. 2. in recent. & rursus 14. Maji Anni sequentis.

Neque obstat quod Concilium Trident. sess. 24. cap. 20. in §. ad hæc, de reform. non habeat locum in Ecclesiis contra Abbates, habentes in suis plenam jurisdictionem,

mem, ut dixit Rota ex sententiâ Illustrissimorum Interpretum coram bo. mem. Jo-
anne Aldobrandino, in causa Salamantin. Jurisdictionis. 1. Julii 1565. ut in copiâ quâ
data fuit, quia decisio loquitur, quando Abbas habet plenam iurisdictionem, de quâ
tam cognoscitur, Ordinarius non est suâ possessione privandus, pro quâ stat mens, 4

Ratio Cœcilii ut eadem Congr. censuit.
Et quod plus est, moderna declaratio continet, quod Abbas habeat jurisdic-
tionem Episcopalem, ac temporalem in Parochos & Parochianos, & quod illam ex-
erceat, & insuper præservat Ordinarius si majorem in locis, vel illorum personis au-
thoritatem exerceant, de quibus est cognoscendum, & interim Reverendissimus
Theatinus potest cognoscere, donec per tres conformes hoc terminetur, ut in pun-
cto eadem congregatio resolvit & sanct. mem. Paulus V. confirmavit, ut in Brevi
sub die 27. Februarii 1651.

Et propterea non obstant ea, quæ deducuntur ad ostendendum, quod Abbas
habeat jurisdictionem spirituales & temporalem, quia hæc respiciunt petitorium, 6
& per tres conformes sunt canonizanda, & interim non impediunt, quo minus Re-
verendissimus Theatinus manuteneatur per suprascripta. Denique non obstat,
quod Abbatia sit nullius, quia pluries in hac causâ fuit firmatum esse in Diœcesi
Theatinâ, & ideo super hoc non est insistendum. Ex quibus conclusum, man- 7
datum de manutendo non esse revocandum, &c.



Z 2

DECL